



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Pernicosa Hæretici Catholicis tentant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

animi sui expiationem adhibebatur. Aderat Cardinali Othoni, Præsulibus Moguntino, ac Treu-rensi, atq; aliis fermè omnibus, qui iam conuenerant Magistratib. sacris. Sed sanctiore hebdomada increbuit æstus laborum, cum Pontificium Iobelæum ad Comitiorum felicem exitum sapientia, viq; sua sic promulgauit, vt & quamplurimos ad participandum impulerit: & Feria quinta, ac sexta de Christi Domini acerbissimis crucifixibus ter instaurata concione ferme octo homines impleuit cum inter concionem alioqui frequetissimā, Hæreticorum nobilium caterua magna cupidè audiret. Deniq; cum Hieronymus quoq; Natalis, & Iacobus Ledesma, præterque eos, sacerdotes alij duo de Societate ad legendam messis vobertatē religiosissimo illo tempore accersiti strenue collaborarent; nec Germanis modò, sed & Ispanis, Hispanisque certatim se offerentibus opera naueretur; ita celebratum est Pascha, vt præclarū de se exemplum Catholici aduersariis quoq; præbuerint.

*Pernicosa Ha-
retici Catholi-
cis tentant.*

Interim Comitia ex bono satis exordio haud felicitate pari progressa, ingentem piis formidinem, & curam iniecere. Coniunctis opibus Protestan-

testantes, & tanquam communi quodam furore
perciti contendebant, vt Ecclesiasticis, quicunq;
Lutherani fieri vellent, vectigalibus Catholicæ
Ecclesiæ, quæ ante possidebant, frui ius esset. Id
nimirum consentaneum putabant, vt Ecclesiæ,
quā prodidissent, spolia legerent, & præmio sti-
mularetur impietas. Erāt, qui liberam inter Prin-
cipes institui collationem de toto religionis ne-
gotio peroptarent, freti, si res abiis, quos minimè
fas esset ageretur, item nihil ex æquo, bonoque
actum iri: & vnde plus staret audaciæ, ac violen-
tiæ, inde victoriam fore. Ad Concilium ex vna
tantum gente, ac natione germanica multorum
animi propendebant, vt de communibus toti
Christiano orbi dogmatibus illa nimirum decer-
neret natio, quę controuersiam mouerat. Alij de-
niq; subdolam, insidiosamque de concilianda v-
traq; & Catholicorum, ac Lutheranorum parte
tractationem volebant suscipi: tanquam conuē-
tio luci cum tenebris, Christoque cum Luthero
possit esse consensio. Hæc quanquam indignissi-
ma machinis omnibus multi moliebantur: ex
altera parte Legatus Apostolicus summa ope ten-
debat, vt Concilium Tridentinum saltem ortho-

g

doxi

doxi reciperent. Quibus in curis tum vt aduersariis obfisterent, tum vt Concilij causam prouehrent, erat Patribus immensum negotium, vter Canisij epistola planum facit clausula talis. Nūc, inquit, in his plurimum scribimus, consultamus, currimus, laboramus: nihilq; nobis otij superest ad reliqua. Iam tandem & Cæsar is, & Comendoni constantia, Præsulumq; recte sentientium consensu religionis reiecta, intactaq; causa conuenerat omnes Ordines, vt in Turicum bellum (quam ob rem institutus maxime conuentus erat) subsidia pecuniæ conferrentur: agebaturque de pace inter partem vtramq; veteris religionis, nouæ, id est, vanissimæ superstitionis, confirmada, quæ anno 1555. Caroli Cæsar is voluntate suæ Ferdinando Rege itidem Augustæ conuenerat. Cui formulæ, quanquam conditiones intolerandas Hæretici vellent adiungi, tamen obfirmaverant animos Catholici, confidebantq; expugnatores, vt ne apex quidem adderetur, vel demeretur: cum ecce tibi à Pontifice ad Commédonum literæ, vt si quid, quod cum Concilij Tridentini pugnet decretis decernendum viderit, ac prohibere nequeat, ritè contestatus in id Pontificem neutri-

*Periculū geno-
dissidij in Co-
munitate Angu-
llensis.*

